



**R**eginbaldus literarum amore in monasteriū  
Hirsau scholam celeberrimam ingressus est.

Ibi cum diligenter operam literis daret, breui ob  
foelicem indolem magnum sibi nomen compara-  
uit, atq; sua eruditione & pietate etiam Ottoni ma-  
gno Cæsari notus fuit. Itaq; cum Amelricus præsul  
Spirensis mortuus esset, Reginbaldus Ottonis in-  
tercessione anno 943. omnium cōsensu Episcopus  
electus fuit. Eam functionē Reginbaldus magna  
dexteritate peregit, atq; nihil quod boni pastoris  
esset erga oues intermisit. Itaq; Conradus Franco-  
niæ dux, qui Vuormatiæ habitabat, atq; nuper ab  
Ottone socero feudi nomine Spirēsem regionem

acceperat, huic Episcopo eorum locorū decimas donauit, atq; multa alia pri-  
uilegia concessit. Inter ea erat, quod Episcopus Nemetum posset monetam  
suo nomine cudere, atq; in eo principis iura obtinere. Cū hoc modo Regi-  
baldus suam Ecclesiam plurimū ditasset, tandem anno 15. gubernatio-  
nis, die 13. Octob. obiit, & in sua Ecclesia sepultus fuit. Anon.  
in Episc. Spir.